

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Ioan. Andr. Danzii Medaqdēq Sive Compendivm Grammaticae Hebraeae Seivncto Chaldaismo Ad Arctiones Limites Redactvm

Danz, Johann Andreas


Francofvrti, MDCCXLVIII.

VD18 12109185

Cap. II. De Pronomine.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17995

Contra ימים sine numerali restringente positum, denotat annum, dies sc. ad annum completum sufficientes. v. g. לַיָּמִים in singulos annos Jud. XVII, 10. מֵיָמִים יָמִימָה ab annis in annos, i. e. annuatim, quotannis, I. Sam. I, 3. it. מֵאַחַד יָמִים post finem dierum, h. e. elapso integro anno, Gen. IV, 3. Num IX, 22.



CAP. II.

DE

PRONOMINE.

§. XIII.

ה emphaticum seu articulare non præfigitur nominibus (1.) propriis hominum, (2.) constructis, (3.) suffixa gerentibus, nisi singularis emphasis duplicem exigat restrictionem. ut הָעֵבֶקֶת Jud. I, 20. הַמַּעֲלֵה Pf. LXXXI, 11.

OBS. I. ה Nominibus itemque Participiis ac Pronominibus præfixum, articulum denotat tam definitum, ille, iste, quam indefinitum, quidam, aliquis, quilibet. v. g. וְזֶה הָאָרֶץ הָיָה טוֹב aurum terre istius erat bonum, Gen. II, 12. הִתְחַדֵּר אִישׁ אֶת־שָׁכְמוֹתָם אֲפֶרֶת suum quisque saccum, Gen. XLII, 27.

2. ה sub forma Articuli, Præterito, Futuro & Præpositioni, junctum; ac nonnunquam ante participia ac Nomina, vim habet Relativi אֲשֶׁר v. g. I. Chron.

i. Chron. XXVI, 28. Jud. XIII, 8. I. Sam. IX, 24. Eccl. III, 21. Gen. XVI, 6. c. XLIII, 6.

§. XIV. Pronomina *separata* sæpe pro ipso Verbo Substantivo ponuntur, aut significationem Verbi Substantivi includunt. v. g. **אני קדוש** *sanctus ego* sc. *sum* Lev. XI, 44. Gen. III, 6. 9. 10. II. Jes. XLI, 4.

§. XV. Demonstrativum **זה** *hic*, est etiam pluralis numeri. v. g. **זה עשרים שנה** *per hos viginti annos*, Gen. XXXI, 38. interdum *relative* fumitur, ut Psal. CIV, 8. *emphatice* construitur cum **מה**, **למה** & **עמה** v. g. Gen. XVIII, 13. *cur ridet hoc vel ita Sarah*. add. 2. Reg. V, 22.

§. XVI. Relativum **אשר** sæpius abit in naturam particularum *ut*, Gen. XI, 7. *nam*, Deut. III, 24. *quia* Deut. XXIII, 5. *quum*, *quando*. Gen. XXX, 38. *quamvis*, Num. XII, 11. *certe*, *quin immo*. Jes. XLIX, 3.

§. XVII. Interrogativum Relativo **אשר** præpositum, assumit significationem relativam. v. g. *delebo ex libro meo* **מי אשר חטא לי** *eum, qui peccavit mihi*. Exod. XXXII, 33.

§. XVIII. Suffixa cum objecto, ad quod referuntur, in eodem genere & numero conveniunt, non autem cum voce, cui affiguntur. Gen. I, 25.


OBS. I. Suffixa sæpe in numero a suo objecto discrepant, & quidem Pronomen singulare objecto plurali respondens, infert huic vim distributivam.

v. g. 2. Reg. III, 3. *Foram non recessit* מִמֶּנּוּ ab illo, i. e. ab ullo peccatorum. Add. Jos. II, 4.

2. Suffixa Particulis aut verbis addita, significant *personaliter*; Nominibus apposita, *possessive*, i. e. ibi personam ipsam exprimunt; hic aliquid ad personam pertinens. Gen. XXXVII, 13. Gen. III, 11. Num. XII, 3

3. Suffixa Nominibus & Verbis addita, ordinarie significant *active*, sed interdum *passive* & *objective* v. g. תְּפִלָּתִי *precatio mea, quam ego facio*, Psal. IV, 2. & *precationis meae*, quæ ad me fit, Ies. LVI, 7. בְּבֵית תְּפִלָּתִי in meinem Beth Hause. בְּדַעְתּוֹ *per suam cognitionem, qua Messias fide agnoscitur* Ies. LIII, 11. Joh. XVII, 3.

4. Suffixa Verbo intransitivo adjecta, explicanda sunt per Particulas כ, ל, אֵל, עִם, &c. v. g. דִּבַּר עִמּוֹ *loquere cum ipso*. Adde Jud. I, 15. Psal. V, 5. LIII, 6. Ies. XLIV, 21. Gen. XXXV, 12.



CAP. III. DE V E R B O.

I. DE SIGNIFICATIONE VERBORVM.

§. XIX.

Verba composita Hebræi non habent, sed unum idemque Verbum, modo simplicis modo